



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum stella moueantur solum motu suæ spheræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

Q V E S T I O S E C V N D A .

Vtrum motus celi sit naturalis.

Tho.1.q.70.a.3.ad.4.

S E C V N D O quæatur, vtrum motus celi naturalis sit. Et videtur quod sic per Philosophum, 2. celi & mundi, qui dicit quod cuiuslibet corporis naturalis est aliquis motus naturalis. Sed celiū est corpus naturale, ergo &c.

2 Item secundo Phylacorū dicitur quod natura est principium motus, in eo in quo est, sed corpus celeste naturam aliquam habet, ergo &c.

3 IN Contrariū est, quia motus naturalis non est nisi corporis extra locum suum existens naturalem, & terminatur ad quietem naturalem in loco suo, sed celiū non est extra locum suum, ergo &c.

4 R E S P O N S I O . Dicendum q̄ motus celi non est à natura, nec ab anima, prout anima dicit substantiam viuentē vniā materię in ratione formæ, sed est ab intelligentia. Primi pater, quia natura corporis simplicis inclinat ad vñā motus & simplicem, sed in celo non est vñus motus tantum, sed plures non solum in diueris sphaeris, sed in eadem, etiam in eodem planeta : & tamē celiū est simplex corpus, ergo &c. Iaſor pater, motus enim naturalis correspondet formæ mobilis, quæ inclinat ad motū: & ideo licet forma mixta, quæ virtute continet formas mixtibilia posuit inclinare ad motū secundum omnē differentiam loci (propter quod & motus augmenti non est solum sursum, quia non est solum à virtute ignis, vt aliqui crediderunt, sed est ad om̄ē differentiam positionis, quia est forma planeta, quæ est forma mixta) tamen forma corporis simplicis ad vñā solum inclinat. Minor pater, quia sphaera planetarum nō solum mouetur ab Oriente in Occidente, motu diurno, sed eccl̄trario vt patet ad sensum, præcipue in sole & luna. in eodem etiā planeta præter motū sphaerae sunt ponitus motus secundum eccentricum & epicicum, ut magis patet in questione sequenti. Nec potest dici q̄ sphaerae differant specie, sicut elementa, & ideo mouentur diversis motibus, quia sequeuntur q̄ essent plura corpora simplicia, quam quinq̄. Et iterū planeta est de natura sue sphaerae, vt dicitur secundo celi, & tamē habet aliū motum à motu sphaerae. Et iterū omnes sphaerae aliquiliter adiucentur conuenient, sed sphaerae planetarum conuenient secundum speciem (falso motus eorum nō arguit diueritatem speciei) cum omnes mouentur ad eandem partem, ergo &c.

5 Secundo pater idem sic, motus est naturalis ex conaturalitate mobilis ad terminū, sed connaturalis mobilis ad locum nō potest cauſare motū in loco, ergo &c. Minor probatur, quia sicut est in actibus animi, sic suo modo in actibus nature, sed in actibus animi sic est q̄ bonum conuenient si sit præfens cauſat delectationē, quæ est quasi quies animi, & nō desideriū, quod est quasi motus, ergo similiter in actibus nature conuenient locati cū loco cauſat quietem in loco, & non motum.

6 Tertio, quia si motus celi est naturalis quies in eadem loco est violenta, & ita cum celiū in fine mundi celiſt̄ à motu, quies illa est violenta, quod est inconveniens, quia tunc celiū nō erit in deteriori conditione, sed meliori. Item motus naturalis est à dante formā, qua conseruata non oportet dare aliū motorem per se, sed solum q̄ remoueat prohibens, si sit impedimentū, sed cetero datur aliū motor per se, scilicet intelligentia, ergo &c. Non est ergo motus à natura celi proprii, neq; tamē est contra naturā, quia nō est in oppositum inclinationis natūrā, cum natura eius ad nullum motū inclinet. Exemplū de corpore mathematico, potest tamē dici naturalis, secundum quandam adaptationē & conuenientiā. Congruum est enim vt corpus celeste, quod neque est graue, neq; leue moueat tali motu, per quem non accedit ad medium, vt graue, nec recedit à medio vt leua, & talis est motus circularis.

7 Secundum pater, quod scilicet celiū non mouetur ab anima sibi vniā in ratione formæ, quia secundū vnam opinionē prius tacitam dist. 12. In celo non est compositio materia & formæ, sed dato q̄ est, & quod illa forma est anima, adhuc probo q̄ non moueretur ab ipsa. Cum enim idem secundum idem nō possit esse mouens & motum, imo oportet motum ex se diuidere in partem, quæ

Sancto Porciano

mouet & quæ moueretur (vt dicitur 8. Phys.) Pars q̄t mō ueret aut est forma, & quæ moueretur est materia, aut pars vna quantitatua cōposita ex materia & forma mo- ueret aliam partem quantitatuum ad imperium anima, sicut sit in animalibus. Primum non potest dici, quia ma- teria secundum se non potest habere rationem mobilis, cum secundum se non sit quanta vt secundum se sit subie ctum actu ens, qd̄ requiritur ad motum præcipue loca lem, neq; forma respectu materia potest habere rationē motoris, quia forma & agens non coincidunt in idem se cundum numerum respectu eiudē, & ideo cū celi ani- ma respectu materię ipsius se habeat vt forma, & quic- quid erat esse nullo modo potest habere rationem agens, quæ est vnum p̄nicipium motus. Nec secundum po- test dici, quia mouens & motum sunt contraria, & nō con- tinua (vt dicitur 8. Phys.) Sed partes quāritatiū celi ex- ceptis fortē corporibus planetarum, sunt continuas, & nō con- tractae, quare &c.

8 Ex his patet tertium, q̄ celiū mouetur ab intelligentia, quia omne quod mouetur, ab alio mouetur, sed celiū mouetur, & non à natura, vel à dante naturā (vt probatum est in primo articulo) neq; ab anima coniuncta (vt probatum est in secundo) relinquitur ergo q̄ ab in- telligentia. Et probatur cōsequentia. Quia cū motus celi nō sit violentus, nec naturalis, oportet q̄ sit voluntarius voluntate intellectus coniuncti vel separati.

9 Ad argumenta pater solutio. Non enim cuiuslibet corporis naturalis oportet esse aliquem motum naturalem, nisi habeat quietem naturalem, vtrunḡ enim ponitur in definitione naturæ, scilicet quod est p̄nicipium motus & quietis, & hæc duo solum competunt corri- pilibus.

Q V E S T I O T E R T I A .

Vtrum stellæ moueātur motu solum sue sphaera, vel præter illum habeant proprium motum,

Tertio quæritur, verum stellæ moueantur solum mo- tu sphaerae, an præter illum habeant proprium mo- tum. Et videtur q̄ non habeant proprium motum, quia celiū est ingenerabile & incorruptibile, ita indiuitibile, cum diuīſio sit via ad corruptionem, sed si stellæ mouen- tur motu proprio celiū diuideretur, quia non seruarent in celi eundem ſitum, ergo &c.

2 Item motus celi est circularis, sed si stellæ haberet mo- tum proprium, ille non est circularis, sicut &c. Minor probatur, quia quod mouetur circulariter, non mutat lo- cum, stellæ autem si haberent motum proprium ex toto mutarent locum, ideo &c.

3 IN C O N T R A R I V M est Proloμæus & alii astrologi.

4 R E S P O N S I O . Stellarum quedam sunt in octaua sphaera, quæ dicuntur fixæ. Alij vero sunt in inferiori- bus sphaeris, & dicuntur planetæ, nec sunt plures in ea- dem sphaera.

5 De primis dicendum quod mouentur solum motu octaua sphaera, quia truſtra ponerentur plures motus vbi sufficiunt vnius, sed omnia apparentia circa stellas fixas optime ſaluantur ponēdo eas moueri ſolum motu octaua spha- re, quia stellæ fixæ ſemper feruāt eandē elongationē & ap- proximationē ad inuicem, quod optimē ſaluator po- nendo quid ſolum moueantur sphaera fixa, ergo &c.

6 De planetis autē quanquam dicat idem Arist. 2. cyl. & mundi. Tamen verius dicunt astrologi ponendo ipsos moueri ſecundum eccentricos & epiciclos. Et de eccentricis appetit q̄ stellæ quæ mouetur ſolum motu sphaerae nō potest quandoq; magis quādoq; minus ad terram appre- ſinquare quia omnes sphaerae ſunt concentricæ fed plane- te, quandoq; appropinquat ad terram magis vno tempore q̄ alio (vt patet per experimēta astrologica) quare &c. propter quod coacti ſunt astrologi ponere motum pla- netarum in circulis eccentricis quorum pars vna maximē remoueat à terra & dicitur aux., ſine elevatio. Altera verò maximē accedit ad terram, & dicitur oppofitum augis.

7 Similiter pater de epiciclis, quia ſi planetæ moue- rentur ſolum motu ſpherarum, cum ſphaerae planetarum mo- uantur

*Ref. 2. parte
louatus d. q. 2.
et in. 4. d. 49
c. 8. m. 6.*